



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Regvla. V. Compositu[m] quandoq[ue] dabit, sibi præposituræ. Casum,
quocirca quartum sextumq[ue] dat exit, Sæpe quide[m] docti repetunt
bene præpositura[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

ait Lanci. eoq; differt ab inchoo, quod in prosa cū infinitiuo uix inuenitur. Fugit, later, preterit, capit, fallit cū actō significat ignorare, ut later me quorsum euadet, id est nescio, capiūtur sepe impersonaliter debet, solet, incipit, desinit, cū solo infinitiuo etiā psonali sunt impersonalia ait Perot. ueluti incipit dilucescere &c. his addit Sulpiti. Verulanus uult, ut me uult delectare dormire, id nunq; mihi placuit, neq; ausus sum primus dānare, ideo adhero Lanci. q cōtra triuias les probat uult nunq; esse impersonale. si qs uelit alijs assentiri, adducat cōtra nōs doctissimi cuiuspiā autoritatē, secus nihil egerit, multum differūt, ut differit Lanci. Oportet & opportunū est, quia hoc significat cōmodū esse, & gemino pp scribit, ex ob & portu. illud ꝑo unico, qā prima corripit, & significat necessariū est. Var. in re rusti. Tertia res est nutritatu quę obseruari oporteat, hic est uerbū psonale, quod in disuetudinē abiit. Qm ꝑo in secūda regula accusatiui posui pro actiuis quēdā nō sua ui, sed ppositiōis actm regētia, ideo annexā regulā quā Alexāder ponit.

REGVLA. V.

Compositū quandoq; dabit, sibi ppositurā
Casum, quocirca quartum sextumq; dat exit,
Sæpe quidē docti repetunt bene ppositurā,

Copositū habet interdū casum ppositiōis cum qua cōponit, ut exeo ab extra actm. Teren. in Ecy. Quū limē exirē. Hinc elimino, id est extra limē fero, & habet actm. Hora. Ne fides inter amicos Sit q dicta foras eliminet. Exeo ab ex abltm. Luca. Exeat aula Qui uult esse pius, quasi ꝑo in aula, id est domo principis nō sint pñ, sed scurræ, parasiti, assentatores impudentissimi &c. Virg. Quis multa meis exiret uictim. a septis. Ornate etiā ppositio repetit psertim apud oratores. Tul. li. iij. epi. Ne aut tibi exire ex urbe necesse sit. Idē lib. i. Tusc. Ut exeamus e uita læti. Et de responsis aruspiciū. de cauea exire uidebant. Dixi in regula qñq; quia sepe ppositionis casum uerbū nō habet, ut patit in cōpositis a sum, quę datiuū, poscūt uti pbauimus, & in multis alijs, ut assentior, succurro, occurro. Ponam igitur hic multa promiscue. Exeo hominē, id est morior, ut probat ex Solino Lanci. Adeo urbē, in urbē, & ad urbē. Adeo patrē, ad patrē, nō aut in patrē. Decedo de puincia, ex puincia, & a puincia. Effugio. man⁹ & manibus & e manibus. Egredior urbē, urbe, & ex urbe, extra urbem & ab urbe. Sueto. in Aug. quis statuisset nō egredi tabernaculum, hoc fit ab extra, Idē in Tyberio. Nō egressus est uilla, hoc fit ab

ex uel e. Ibidē. ab urbe egrediēs. Et iterū. E cōiuiuo egrediēs. Tull. p
 Quintio. Extra hos cācellos egredi conabor. Euadimus hostē & ex
 hoste, id est effugimus. Sueto. in Tybe. Carmilius me euasit. Tulli. p
 Sylla. Cui⁹ ex insidijs euaseris. Euado gradus, et ad gradus, id ē ascē
 do. Virgi. iij. ænei. Sic fata gratus euaserat altos. & li. ij. Euado ad sū
 mi fastigia culminis. Excedo italia uel ex italia. Sueto. in Clau. Italia
 excessissent. Teren. in An. Ex isthoc excesserat loco. Sic expello. Lu
 ca. lib. iij. Sedibus elysijs cāpoq; expulsa piorū. Idē lib. ij. Expulit ar
 matā primis a sedibus urbē. Coelius. Cice. li. viij. epif. Nam me quū
 expulisset ex italia Pōpeius. Hæc res excidit memoria uel e memo
 ria, uel memoria huius rei excidit mihi. Anguilla elabitur manibus
 uel e manibus, metaphoricos significat effugere. Vinū deducit anī
 mo curas. Hora. Nō domus & fundus nō grīs aceruus & auri. Aez
 groto dñi deduxit corpore febres, nō aīo curas &c. Deduco itinere
 significat deduco multa, uideat Cale. Qui uult deducere aliqñ eē de
 trahere. Plau. in Cur. deduco pedes de lecto clam miles ne sequat. itē
 reuocare. Hicro. ad Helio. lbi quies nō est ubi mēs a pposito sepe de
 ducitur. Itē descēdere aut deriuare. Lactā. lib. iij. diximus nomē reli
 gionis a uinculo pietatis eē deducitū. Itē deterrere. Cic. Terētiē. Neq;
 legis improbissima pœna deductus est &c. Itē extenuare, amouere,
 & honoris causa comitari, &c. Vbi hæc regula locū habet, pōt cōpo
 sitū in simplex resolui, ut deduco corpore, id ē duco de corpore &c.
 ubi hoc nō fit, regula locū raro habet, ut derideo, deludo, deficio, de
 ligo &c. q̄ actm habēt, aut aliū casum scđm regulas nostras. Delige
 re est magis idoneū ad rem agendā secernere, ut fratres delegerūt Ni
 colaū quernū ministrū. Eligere ad emolumentū nostrū ptinet, ut eli
 ge quod uis. Deludo te, illudo tibi, aliquādo etiā te, arrideo & subri
 deo, tibi. Cice. de respōsis aruspicum. De cauea exire iubebāt. Plura
 eiusmodi sine dubio inuenies. Curtius. Montē leuiter alluit pteriēs
 amnis. Tulli. Gēs quę accolit nilū, id est habitat apud Nilū. Alluere
 est iuxta fluere. Virgi. Addit oppida pastor. Teren. Adorgus est fra
 trem iurgio, id est litigauit cū fratre & obiurgauit. Adorior pprie si
 gnificat ex insidijs aggredior. Virgi. Talibus aggredit Venerē satur
 nia dictis. Idē. Quas uēto accesserit oras, dic etiā accedo ad te. Ouidi.
 Deucalion lachrymis ita Pyrrhā affatur abortis. In sequētia. Tetras
 phlegetontit assilijt tenebras. Oui. ij. metamor. Talia dicentē circū
 stant omnia solē Numina. Multi angeli circūstāt deū. In Marco. Cīr
 cūspiciens illos cū ira. Satellites circūstāt principē. Circuuii cœmi
 terium, hoc græcū significat dormitōriū, nempe in ipso dormiunt
 christianorū corpora. Salus. Iugurtha oppidū circūsedit. Virgi. Sed

Ioannis Despauterij Niniuite.

nox atra caput tristi circūuolat umbra. Plau. in Mustel. Circūduce istū hasce edis & cōclauī. duo sunt accusatiui, unus uirtute uerbi, ab ter uirtute ppositiōis, ut in trañcio, apud eundē. Traieci exercitum Isarā. Cēsar in cōmētarijs. Cēsar oēm eqtatū funditoresq; & sagittarios pontē traduxit traduco (uberbringē) eqtatus, exercitus equitū trañcere (uberschiffen, sed p̄sentis negocij nō est significatiarū declaratio. Trañcio mare, id est trāseo. trañcio exercitum, id est trāsporto trans mare aut flumē. Liui. Traiecit copias hiberū. Plau. in Menec. Prandi, potaui, scortū accubui. Cice. Ut nostras uillas obire possis, id est circūire. Obeo legationē, id ē cōpleo, facio, finio. obeo mortē. i. morior. Terē. Is obiit mortē. hoc etiā in ablatiuo dicit. Sue. in Aug. Morte obiit repētina. Obeo sine casu, p eodē dicit. pcurro. Virg. Arguto cōiūx pcurrit pectine telas. Io. pcurrit tēplū, perambulat forū pererrat urbē, pagrat oppidū. Virg. Ille fuga siluas, saltusq; pererrat Perlabi undā, legi in Hora. Lisa perlabit Gandauū. Terē. Dum hęc puto p̄terij imprudēs uillā. Claudia. Rapuit confinia mōrēs Vīctor & abscissos interluit equore montes, id est interfluit. Trāseo flumen, transgredior mādatū, trāsilio fossam. In sacris. Mente polū nos trāsferre satage. Plau. in Mostel. Perpluūt tigna. Cēsar. In oceanum influit, repetit ppositio. Circūdo solū corio. Virg. Taurino quātū possent circūdare tergo, & circūdo coriū solo. Martia. Qui recitaturus circūdat uellera collo. Hic se posse loqui posse tacere negat. Inuado hostes & i hostes. Salu. i Jug. Milites lugurthini signo dato castra hostiū inuadūt. Tul. p Sex. Roscio. accusat hi q i fortunas hui⁹ inuaserunt. Sic dicimus intro urbē & in urbem. Alloquor actm̄ petit, ut cōpello quod idem significat, loquor autē dtm̄. Obsideo urbem. ab horreo hāc rē & abhorreo rem, sed sēpius hanc rem, ab hac re. i. alienus sum. Sueto. in Aug. Distortos abhorrebat. Idē in Calig. Nec abhorret a ueritate. Trāsfero duos actōs habet, sed alterū sēpius cū p̄positione. Cice. lib. i. offi. Mediocritas ad omnē usum, cultūq; uitæ trāsferēda est. Luca. in. x. Nondum trāslatos romana in sēcula luxus Mos autem ita transferē, ut penes priorē remaneat, secus in alijs. Circum uenio. i. decipio. Indo medicinas in mel, id est impono. Cato in ficellā indito, inditū nomē, id est impositū. Incurro rem & in rē. Cice. In odia hominū incurrūt. plau. Atq; eā abercet domo. i. phibet. ab labor & p̄terlabor cū accusatiuis legunt. Illuceo in sacris dtm̄ habet Plau. dat actm̄ dicēs in Bacchi. Vulcanus, sol, luna, dies, dei q̄ttuor, scelestiorē nullū illuxere alterū. Valeri. Et se cōsulatu abdicauerunt. Plau. Quid istud est negocij q̄ tā subito abeas domo. Sueto. Curia abstinuit. Idē. abstinuit alieno, de hoc in regimine genitiui. Absum

Italia ante patuit. Sueto. Decedere uia. Idē. Decessit morbo aq̄ inter
 cutis. Idē. Decessit paralisi. Vale. Prouincia iussit decedere. Hora. De
 scendo cœlo, & dic age tibia. Vale. Incepto iussit desistere. Desitus
 tus auxilio. Hora. Viuere si recte nescis discede peritis, sed forsità est
 dt̄s. Vale. r̄ndit se uita malle excedere. i. mori. Salu. Prœlio excede
 re, id est egredi. Terē. En̄ciat oppido. Virgī. Portaq̄ emittit eburna.
 Exigo plura significat, sed inter cœtera elegatissime significat en̄cere
 cū actō & abltō. Virgī. Quū Italia Pyrrhū exegisset. Exeo sapi⁹ abs
 latiuū habet. Oui. Et rogat ut testis exeat umbra suis. Plau. Pr̄sagis
 bat mihi animus frustra me ire, quū exirē domo. Amplius de actō.
 Stati. Campū exire uetat. Quū pigeat tētasse libet tētare modū exit.
 Multa ut diximus p̄positiōis casum respuūt, ut assideo, asto, assurgo
 & plura q̄ dt̄m petūt, ut an̄pono, postpono dt̄m cū actō. nam ab an̄
 nō inueni q̄ illius uirtute actm̄ habeāt, p̄ter anteeo, an̄cedo &c. de
 q̄bus in regimine datiuū. Insideo ramis, insideo equo, id ē sedeo, ma
 neo aut sto sup̄ talē rem. Laetā. lib. v. Et iustus ille nactus fuerit alis
 quē sauciū equo insidentē. Insideo in hac re. i. intus sedeo uel sto. Cis
 ce. li. iij. Tusc. Quū autē hic feruor cōcitatioq̄ animi inueterauerit,
 & tanq̄ in uenis, medullisq̄ infederit, significat etiā obsidere mō cū
 actō. Liui. li. ij. de bel. pu. mago locū demōstrabit, quem insidebatis,
 mō cū dt̄o. Virgī. ix. Arripuitq̄ locū & siluis infedit iniq̄s. Liui. lib.
 ix. Infessis oibus uis p̄ q̄s cōmeatus ex sanio subuehebat. Insido etiā
 cū actō & dt̄o cōstruit, sed cū dt̄o sepius. uide Cale. Insidior cū dt̄o. i.
 insidias tēdo. Salu. in lug. adherbalē uite suę dolis insidiatū esse. Insis
 lio cū dt̄o legit̄ saepe. L. uca. lib. ij. Insiluitq̄ solo nociturus pondere
 puppi, puppi dt̄s regit̄ a nociturus, quia cū dt̄o nūc semp̄ cōstrues,
 licet in sacris & apud ueteres aliter legat̄. Immitto ori et in os. Hiero.
 Immisit in os meū canticū nouū. Inhergo tibi. Colu. Oliuę sicut mas
 tri inherēt. Infligo tibi opprobriū. i. incutio, ingero. Insero tibi, inse
 ro arbori plantā, infero me q̄stioni aut illi rei. i. imitto. Colu. Crudū
 ouū ieiuni faucibus inferas. Subeo tectū, tectio, ad tectū. Virg. Hęc li
 mina uictor alcides subiit. Idē, muroq̄ subibat. Idē. ad tecta subibat
 Paupis euādri. Inter, significatiōnē plærūq̄ mutat, & cōposita saepe
 dt̄m habēt, ut interdico aliq̄n aliū, p̄ regularē exigētia. Intercedit tibi
 mecū amicitia. i. amicitia inter nos est media q̄ nos cōciliat, interces
 sit Cato. i. in mediū se p̄bis & ui opposuit. Percurro forū, plabitur
 undas, ueteres honeste dixerūt, q̄d nos dicimus curro p̄ forē &c. au
 thor est Serui. li. i. ænei. at ueteres hic sine rephēsiōe seq̄ poteris q̄q̄d
 dicat Ser. Affigo hastā terrę, & figo terrā hasta, p̄uenio & p̄cedo ac
 cusatiuū uolūt, p̄eo dt̄m, ut an̄ pbauim⁹, sicut obtrecto &c. Et tantū
 lum de hac regula.